

R V S S I A

aut potius

MAGNI DVCIS MOSCOVIÆ

IMPERIVM.

HÆC Tabula non continet totam Russiam, nam deest Polonia & Lithuania; quæ sub Russiæ nomine etiam comprehenduntur. Sed vniuersum Imperium Mosco-
 uiæ Ducis, quod Mari Glaciali à Septentrione terminatur; ab Oriente, Tartaros; à
 Meridie, Turcos & Polonos; ab Occidente verò, Liuones & Sueciæ Regem, vicinos
 habet, exhibet: Cuius omnes Regiones singulatim describit Sigismundus Baro ab
 Herberstein: apud quem harum rerum studiosos lectores relegamus. De Incolarum
 Religione, ritu, viuendique more, hæc pauca libenter ex eodem excerpimus.
 In Religione ferè Græcorum ritum sequuntur. Eorum Sacerdotes vxores ducunt.
 Imagines in templis colunt. Infantes cum baptisantur, ter in aquam toti immergun-
 tur; Aqua verò baptismatis singulis infantibus consecratur. Confessionem, quamuis
 ex constitutione habent, vulgus tamen eam Principum opus esse, & ad Nobiles perti-
 nere existimat; Finita confessione, pœnitentiæque iuxta delicti qualitatem iniuncta,
 signo Crucis frontem, pectusque signant, magnoque gemitu clamant; Ihesu Christe
 fili DEI, miserere nostri: Hæc est communis illorum oratio. Dominicam enim ora-
 tionem perpauci sciunt. Communicant sub vtraque specie, miscentes panem vino,
 seu corpus sanguine. Pueris septem annorum porrigunt Sacramentum: dicuntque
 tum hominem peccare. Festos dies viri præstantiores peractis sacris, epulis, ebrietate,
 & vestitu eleganti venerantur. Vulgus & serui plerunque laborant, dicentes, feriari, &
 à labore abstinere, Dominorum esse. Purgatorium non credunt: pro defunctis tamen
 sacra faciunt. Aqua benedicta, nemo se aspergit, nisi à Sacerdote aspergatur. Ieiunant
 in Quadragesima septem perpetuas septimanas. Matrimonia contrahunt; Bigamum
 concedunt, sed vix legitimum matrimonium esse putant. Diuortia admittunt.
 Adulterium non appellant, nisi quis alterius vxorem habuerit. Mulierum conditio
 miserima est: nullam enim honestam credunt, nisi domi conclusa viuat, adeoque
 custodiatur, vt nusquam prodeat. Gens astuta & fallax, & quæ magis seruitute quàm
 libertate gaudet. Omnes se Principis seruos fatentur. Rarò illi est quies: nam aut bel-
 lum Lithuanis, aut Liuoniensibus, aut Tartaris infert: aut, si nullum bellum gerit,
 sunt in præsidiis circa Tanaim & Occam fluuios, ad reprimendas Tartarorum depræ-
 dationes. Tunicas oblongas, sine plicis; manicis strictioribus, Hungarorum ferè more
 gestant: ocreas ferè rubeas easque breuiore, vt quæ genua non attingant; soleasque
 ferreis clauiculis munitas habent. Ventrem nequaquam, sed scemora cingunt; atque
 adeò pubetenus, quò magis promineat venter, cingulum dimittunt. Iustitiam stre-
 nuè exercent in prædones. Furta & homicidia rarò capitali pœna puniuntur.
 Monetam argenteam habent, non rotunda, sed oblonga & ouali quodammodo for-
 ma. Pellibus nobilibus ac preciosissimis, quæ hinc per totam Europam exportantur,
 Regio abundat: & vbiq; ferè syluosa est. Hæc omnia ex citato Sigismundo.
 Plura de his Regionibus habes apud Mathiam à Michou, in libello de Sarmatiis; Al-
 berti Crantz. Wandaliâ; P. Iouium de legatione Moscouitarum ad Clementem. vii.
 Albertum Campensem ad eundem; Et itinerarium Persicum Ambrosij Contareni.
 Sed videndus est etiam Bonfinij liber. i. & ii. decadis primæ rerum Hungaricarum.



RUSSIAE, MOSCOVIAE ET TARTARIAE DESCRIPTIO.
Autore
 Antonio Ienkenfio Anglo, edita
 Londini Anno 1562. & dedicata
 illi tunc Regi D. Henrico Syano
 Wallie praesidi.

Scala miliarum

Russica	80	160	240	320	400	480	560	640	720	800
Anglica	60	120	180	240	300	360	420	480	540	600
Hispanica	20	40	60	80	100	120	140	160	180	200

Nota dicitur id est aureas
 retula ab Obolarians, & lau
 gorians religiose cultur. Ita
 lum hoc sacrum confitit
 quid ipse sacerdotum, quous sit
 migrandum, ipsam, (dictu
 murum) certa consuetudinib
 dat responfa, certique e
 ventus consequuntur.

Horum regionum incolae
 Solem, vel rubrum pan
 num pertica suspensum
 adorant. In cas tribu vi
 tam ducunt; ac omni ani
 matum, serpenti, vermum
 q, carne vescuntur. ac pro
 prio idiomate utuntur.

Hae saxa hominum tumentorum camelorum
 pecorumque, q, etiam, reru formas refe
 rentia. Et orda populi gregis pascuntis, ar
 mentu, fuit. Que suspensa quadam meti
 morphosi, repente in saxa riguit, priori for
 ma nulla in parte donnuta. Euenit hoc
 prodigium annis circiter 300. retro
 elapsis.

Kirgessi gens cateruatim degit, id est in hordis habetq,
 ritum huiusmodi. cum qd diuinam isfordi sacerdos peragit,
 sanguinem, lac, & similia tumentorum accipit, ac terre miscet
 inq, vas quoddam infundit, eoa, arborem scandit, atq, edicio
 ne habita, in populum spargit, atq, hec aspersio pro Deo ha
 betur & colitur. Cum quis diem inter illos obit, loco sepultus
 r, arboribus suspendit.

A Mangusta Shayfurum vsq, 20. dierum
 iter habent, sine vllis scabibus, cum summa
 aq,ue penuria. A Shayfura vsq, Bogar, par
 itneris intervalum atrocissimis infestum.

Shamarcandia olim totius Tartariae
 metropolis fuit, ac nunc ruinas deformis
 iacet, vna cum multis antiquitatis vesti
 gijs. Hic conditus est Tamerlanes ille, qui
 olim Turcaru Imperator & Bagasit cap
 tum aurois catenis vinculum, circumtulit
 Incole mahumetani sunt.

Casara, hinc triginta dierum itinere ori
 entem Versus incipiunt termini imperij Ca
 thay. Ab his limitibus ad Cambalu, trium
 mensium iter interiacet.

